probâram, nunc ad incudem omnia revocando, nunc quæ essent in oppositum, dissolvendo; solebam eadem demum conclusa, notare: quæ cum excrevissent non modicam in sylvam, vertentibus annis, & in ordinem redacta fuissent; deprehendi, me conclusionum bene magnam seriem comparâsse, earumque universalissimarum, in quibus omnes scientiæ concordant. Hem! igitur mecum ipse in silentio, sed ingenti tripudiantis animi voce, exclamare cœpi, εὕρηκα; invêni metaphysicam in novâ luce, quam hactenus nonnisi per nebulas dictionum, non tam oculis, quàm, esse aliquam, auribus acceperam. Tibi, mi Lector, quid hac in re judicij est, ac animi? Relege sanè, quia pauca sunt: & siquidem eadem sentis, fruere; si aliqua displicuerint, boni publici amore, indicare ne dubita; est etenim mea in

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 36:ZEN Leibn. Marg. 36, [13] - -
PUBLIC DOMAIN